

N. 16

125

D. O. M. A.

VOTA NUP TIALIA,

Nuptiarum honori

Præstantissimi, præclaroq; virtutum ac doctrina genere gravissimi viri, Dn.

M. AGGÆI

FRIDERICI,

Scholæ Rigenſis Rectoris induſtrii,

SPONSI,

et

SPONSÆ

Honeſtiſſimæ & pudiciſſimæ Virginis,

DOROTHEAE BAUM-

GARTEN, Spectatiſſimi ac integerrimi

viri, FRANCISCI BAUMGARTEN, Civis & Mercatoris Rigenſis, p. m. filix relicta;

Dominica III. Trinitatis, celebrandarum;

Conſcripta et tranſmiſſa

à Dn. Sponſi Amicis.

RIGÆ, Apud Nicolaum Mollinum. Anno 1619.

In. N. 62357



24

Dum ruis in licitum Veneris cum conjugē lectum,
 Scinditur incertā seditione polus.
 Pierides Sponsū, Charites optare puellam,
 Argumenta novæ plurima litis erant.
 Hic meus est, inquit, Musarum præses Apollo,
 Est nostra hæc Charites voce puella sonant,
 Astabat Charisin Mavors, Musisq; Minerva,
 Et litem ad magnum voce referre Iovem.
 Ut dubiæ dirimat certamina fervida causæ,
 Et sumat vultus Præsidis ipse boni.
 Tunc subitò assurgens justus Pater ipse Deorum
 Projicit Augusto talia dicta sono.
 Quando meum inter vos tantas componere lites,
 Non fiam à tædis pars aliena novis.
 Nec Musæ Sponsū, Charites Sponsam nec habebunt,
 Utile sit donum matris Acidaliæ.
 Assensere simul cunctæ, & simul hæc simul illæ
 Dulcisonâ lepidum voce dedere melos.
 AGGÆLLS vivat, vivat BAUMGARTIA Spōsa,
 Felices Veneris dulce cubile petant.

M. Hermannus Samsonius, Pastor
 & Inspector Scholæ Rig:

Tan-

Tandem virgineis detentus casibus hæres?
 Angeris & tandem tactus amore probos?
 Quæ labor & studium non devicere, puella
 Ut voluit valuit vincere corda brevi:
 Sic jucunda tua vocis mutatio visa.
 Est mihi, Musarum nobile, Sponse, decus.
 Hanc ego, dicebas, Veneri figenda ministro
 Pectora, sunt studiis ista dicata bonis.
 At nunc conversus socialia vinola subibo,
 Inquis, nunc magni jussa capesso DEI.
 Ad mensas, ad læticias, ad poeta venite,
 Solvite pro nostro vota benigna thoro.
 Congrua Di vinis cū sit variatio jussis,
 Laudo hanc, dicturus quàm bona verba decet.
 Vivite felices, concordēs multa videte,
 Dante DEO, casti pignora conjugii,
 Connumerata choro benè qua, præeunte parente
 Christi sono forveant templa, Scholæ, patriam:
 Quæ post caliculis latentur juncta, sonora
 Voce rebant sancti nomina sancta DEI.

Domino Sponso invitanti ita responde:

M. Iohannes von Grapen
 verbi Divini minister Rig.

A 2

Nullum

KATALOGS R
 ZA FB
 10.88



Nillum hominum, pecudum nullum sub lumine So-
 Aut genus aut speciem quis reperire potest, (lis
 Cui nunquam similem certâ sibi lege figuram
 Gignendi occultis sensibus insit amor.
 Nempe canis catulum, caper hædum, capra capellam
 Expetit; ipse parem cur sibi nolit homo?
 Propterea illorum, cælebs queis carior illa
 Vita manet, bellè respuis arbitrium,
 Mi perdocte AGGAE, tibi virtute nitentem
 DOROTHEA in thalamum qui pio amore capis,
 Surge igitur veniens plenis jam nubilis annis,
 Quæso columba veni, lux & amica veni!
 Forte rogas, quare te surgere coner? Amori
 In tua nunc libuit mittere colla manus.
 O Venus, ô Veneris castæ castissime vultus,
 Ne cessa, ô mecum fœdus amoris ini!
 Angorenim, placidis tua dum contemplor ocellis
 Lumina, mens salit, ac intima cordis ovant.
 DOROTHEA ergo veni dulcis sere gaudia mentis,
 Effice, quæ Sponso Sponfa modesta cupit,
 Sic Helena ut Paridi mihi eris mea luxq; salusq;
 Vnica, flosq; meus, deliciuq; meum.
 Quod superest, exoro DEVM, vestrum ipse secunde
 Læticiâ & stabili prosperitate thorum.

Singularis amicitia ergò f.

Theodorus à Vicken.

Corde

Codre miser, si dives opum te munere Crassus
 Mactat, & Attalicâ conditione beat,
 Omnibus in vicis gallina filius alba
 Audis, & Cræsum clamat omne forum.
 Si quis Aristippo palpet Dionysius, astra
 Vertice Aristippum summa ferire putant.
 Est aliquid, bene & sanctè atatem vivere: non est
 Ultima principibus laus placuisse viris.
 At punctum omne feret, sorti certabit opima,
 Cui sese placidum dat facilemq; DEUS,
 Qui premit imperio terras, qui sidera torquet,
 Illius est, quicquid Cyrus & Irus habent.
 O te munifico hoc Rege, ô te, Aggae, beatum!
 Divite cujus habes munera mille manu.
 Quis dedit incolum sanam cum corpore mentem?
 Quis tribuit vitæ larga alimenta tua?
 Cunctaq;, quæis humana dolet natura negatis?
 Quis? nisi inexhausti Fons & Origo boni.
 Huc refer ingenium, tibi quod formavit Apollo,
 Quod Pitho in labris sedit alma tuis.
 Illius est Theodora, tibi qua ducitur uxor,
 Illius hoc rarum munere munus habes.
 Dona DEI reverenter habe: qui munera Divum
 Magni parva facit, mox potiora feret.

Arnoldus Cuperus, ConRector Rig:
 lubens mentoq; gratulab

A 3

Idca

Idea Bonæ Matris familiæ

Ex 31. cap. Proverbio: Salomonis.

A Depol ille vir est, cui se, virtutis honestæ
Exemplum, mulier donat cordata repositam!
Talis enim gemmas preciosum vincit & aurum,
Et tali turò confusus conjuge conjunx.
Nititur, illa suas ædes defendit iniquam
Contra pauperiem, & licitam congestat opum vim.
Est studiosa viri, cuius solius amore:
Tota flagrans, de quo cupiens benè tota mereri,
Præcavet ætatem quæcunq; ingrata futura.
Hanc Phœbus vibrans radierum tela suorum
Totos nempe dies, totas Proserpina noctes.
Lanatio indulgere videt, studioq; Minervæ;
Nec digitis subeunt operantis tædiâ lini.
Qualis se gestatis timidus mercator ad Indos
Tendit, & optatâ distendit merce carinam,
Inde domum rediens rebus se servat in arctis:
Talis ad officium & justam Muliercula curam,
Sub noctis tenebras, aut prima crepuscula surgit,
Distribuens famulis pensumq; cibumq; diurnum.
De proprio meditatur agro; quæstusq; lucelli,
Quem peperere manus, gratum mercatur ad usum.
Ipsa sibi vites, Bacchi donaria, pangit.
Nuda manus, nodoq; linnus succincta fluentes,
Aptat opus famulare; colus industria prensat,
Et teretis fusi devolvit mollia penia.
Hoc agit ad seras operâ vigilace lucernas.
Nec tamen impendit soli sibi lucra laboris:
Sed clemens audire preces, facilisq; juvare,
Quisq; stipem rogat querulo pauperculus ore.
Non metuit quicquam ve grandia frigora Cori,
Sit oniasq; nives, nec vult metuenda ministris.
Illa suis, duplici defendens corpora lanâ.
Ipsa cadurca sibi facit, ipsa tapetia textit.
Induit ipsa sui byssum monumenta laboris.

Illius

Illius solidâ maectus virtute maritus
Inter honoratûm subsellia prima virorum
Pompa sit, & digitis monstratur, & optimus audit.
Nec tantum pro se, quantum res possit & usus,
Sed quoq; vendibiles concinnat sedula vestes,
Quas emat extremis veniens mercator ab oris.
Conspicuis decor, & puri bona gratia cultus,
Mens hilaris, gravitatis honos, sapientia linguæ,
Et quodcunq; bonis placet, & quodcunq; probatur,
Hanc sequitur: rebusq; suis attentâ perinde
Providet, ut recto rerum stent singula talo.
Non in desidie fruges consumere nata est,
Nec capit immeritum panem, nec fercula curat,
Quæ nullis meritis, nullo sunt parta labore.
Hanc soboles imitatur ovans, hanc laude maritus
Ornat, & in totâ populus deprædicat urbe.
Ne quicquam nitor est, & pulchra gratia formæ:
Quæ scit amare DEUM, quæ scit tractare maritum.
Hæc mulier bella est. Talem tibi, Sponse, precatur

Martinus Hesperus Sub Corrector

Rig: qui hæc f. l. m. q;.

E Cquo Aggæ tibi Friderici carmine grater?
Thure litæ me tuo quo pie Sponse toro?
Qui naturæ almæ socialia vincula tuendo,
Exequeris summi iussa verenda DEI.
Namque ubi solius verbi virtute creârat
Et cœli & terræ climata vasta DEUS;
Primus Evam Sponso Sponsam deduxit Adamo,
Legitimi instituens fœdera sancta tori;

Innu-



Innumero & prolis numero omnes crescite, dixit;
Inde poli crescet gloria, lausq; soli.
Scilicet huc flexit sapienti indagine mentem,
Vnita ut binis ordine bina forent.
Cynthia sic rutili sequitur vestigia Phæbi,
Accenditq; sua in mutuo ab igne facem.
Sic prima in binas diffusa Elementa figuras,
Naturæ mirum sunt melioris opus.
Surgit enim è terris aër, atque igneus æther:
Subsident imis terraq; & unda locis.
Quis non bina videt conjungi animalia binis,
Suppetat ut subolem postera turba novam?
Qualis amatrices hederas amplectitur ulmus;
Qualis pampineos bajulat alta botros:
Sic ulmum decorat croceis hederæ alba corymbis;
Sic uvisq; ornat vitis opaca suis.
Fœderetàm miro conspirant singula in unum!
Conjugii & nexum cuncta creata probant!
AGGAEË ergò tuo quis non graterur honori,
Cui rerum concors ordo, Deusq; favent?
Præclaro Baumgardorum dum sanguine cretam
Dorotheam socio jungis amore tibi.
Pars Theodora tui tibi ducitur altera Conjux:
Hinc tu parte aliâ perficière tui.
Illa futura tui consors, consorsq; laborum:
Et Socia in lætis, inq; medela malis.

O nimi-

O nimum felix, talis cui ducitur uxor!
Munus id à Domino, non aliunde venit.
Tanto, Sponse, DEI læteris munere: Sponsa
Tali læteris digna reperta Viro.
Vivite felices: concordia corda duorum
Vniat; æternùm Prosperitasq; beet.
Ut latè ramos distendit oliva comantes;
Dulcis oliva velut symbola pacis habet:
Sic tibi crescentis sit conjux instar olivæ;
Nec Bellona tuum turbet acerba torum.
Iova tibi faveat, Sponsam foveatq; decoram:
Hanc Matrem jubeat, te sinat esse Patrem.
Quod voveo ex animo: clemens ô si adnuat æther,
Ut factum voto convenienter eat!

Honoris ergò faciebam

Paulus Magirus, Ratisbonensis
Bavarus.

Chronodistichon continens

Annum, mensem & diem Nuptiarum:

IVnlVsen DeCles & terqVanDo orbe ntebar,
Aggregat aggæo se theoDora bono.

Sequentia aliunde, sed aliquantò seriùs trans-
missa sunt.

Festa,

Festa, Pax, Dona, Horti.

Qua te voluptas illecebris rapit,
Aggæ? qua te delicia tenent?
Quate catenatum prebendant
Gaudia? dic, age, quæve Syren?

AGGÆUS Hortis Thespiadum probè in-
nutritus hausit gaudia plurima.

Nunc idem eò ducti iuventam,

Regia Riga, tuo in Lyceo

Rector: nec istud sufficit, in suo
gaudere solùm (sat foret hoc) sinu;

illectat hunc plures, putat ve
laticia socios habere.

Pulchrum. Quid autem? en auriferum nemi-
se jactat Hortis Hesperidum novis.

Mox ille, Poma! ô poma in hortis!

clamat, Et Alcinous quis, inquit,

Funda vit istos? Non Draco quispiam

Memet coërceto. His feriar libens

His mi voluptas, hic honestum

delicium superabit uni.

Istudq; iusto tempore. Surculo

arbuscula turgent, surculo ager fauet

aquatius, in pratis virentq;

gramina latificiq; flores.

Nes

Nec quis vetabit, gaudia in hortulis
quassisse, poma Et carpere mellea,

Quin Et susurro somnum inire,

Et requiescere dulci in umbrâ!

Nec quis negabit, Numine calitûs

Obtingere isthac. Pax modò prosperet

Et festa Et hortos ditior. Tunc

Magnificos glomerari ad ista

Patres videbo, tunc pede non gravi

pulsare tellus, virginum decus,

Phœbumq; pulsantem sonora

Barbyta; singula tunc videbo

Hortis honorem talibus, Et sacro

deferre votis prosperioribus

fecto favorem, Et ista pacis

Munera nosse, recedite isthinc.

Alio breviori.

Aggæi tadas ornant solennia festa,

Pax munit locuples munera dia beant

Exhilarant horti pomis crescentibus; hisc.

Dic age, quid tedis amplius ipse precer.

à Ioachimo Arnoldi, Eccles: Baufek:
in Curlandâ Pastore, nuptiis
Sponsorum honestis; congratu-
lante ex animo.

PER.

PER ἘΠὶ ῥαμμακτικῶν.
 HAGGÆVS FRIDERICT,
 VIS AGGREDI? HIC FERA,
 DOROTHEA BAVMGARTE,
 AGE HORTVM TRADO; BEA.

Cum pater rerum, Dominator orbis,
 Iam polum, vastumq; salum, solumq;
 Conderet, miris hominem creando

Dotibus ornat.

Intus, insigni pia mens resulget,
 Luce, sic recta est hominis voluntas:
 Extus erecto capite elevatus

conspicit astra.

Dexterâ largâ datur huic venustum
 Munus, ex alto Theodora cælo,
 Casta quæ costâ associata Adamo
 Gloria vitæ est.

At loco dotis quid? erant feraces
 Hortuli ut toti dominetur orbi,
 Gaudiis vitam & peragant utrinq;
 Fronte serena.

Cara pars nostri, Neonymphe, cordis
 Sponsa (quod mirû!) Theodora & hortus
 Dicitur, sponsa est quoq; dos, habetq;
 nomen & omen.

Illâ dos Magni pretiosa Patris.
 Illâ flos mirum variumq; odorem
 Spirat, hæc, hortus redolens, amœno
 Flore redundat.

Hæc rosâ, casti rubicundâ amoris,
 Lilio grato foliis striato,
 Flammeâ recte violâ pudoris
 Constitutus hortus.

Hujus in campum expatiator amplum,
 Et tuam, fessus, recreato mentem,
 Hortus hic lasso tibi ceu levamen

Proderit olim.

Aggredi! Aggee hic, fera, vis, & illa
 Hancq; venator, studio paratus (est);
 In tuos casses cadat hæc petita

Præda subinde.

Præda, vah quantum! capit insequentem,
 Præda venantem laqueis fefellit,
 Vnde regressus patet haud, & ars de
 luditur arte.

Clare, sed nullus metus hic, Magister,
 Cum fera insignis sit amica & hortus,
 Dum capis captus, capit estq; capta

Sponsaq; Sponse.

Voce jucundâ, Neonympha, Sponso
 Fert, bea, trado tibi enim, perenni
 Nomini famâ hortum, age, fruge laetâ,
 facq; vireseat.

Ergo cum vinclo thalami jugali,
 Sponse jungaris, mihi care, rare,
 Et tibi costam associes venustam,
 lator orando.

Sit torus multis opulenta ocellis,
 Sint procellosa hinc procul atq; cura,
 Sit virens semper tua Sponsa & Hortus
 Palmitis instar.

Aggratultur honoris & amoris ergo

Nicolaus Francius Ludimoder.
 Mittoviens; in Curland;



843312

LU Akad. bibl.



817002303